Gregorius IIII. natione romanus ex patre iohanne ſedit annos XVI.
Sergius II. natione romanus ex patre ſergio ſedit annos ~~IIII~~ quatuor.
Leo IIII. natione romanus ex patre rodoaldo ſedit annos IX. menſes III. dies VI.
Benedictus III natione romanus ex patre petro ſedit annos II. menſes VI. dies VIIII.
Nicolaus natione romanus ex patre dicodo. ſedit annos IX. menſes VII. dies XXVIIII.
Adrianus II. natione romanus ex patre talaro epiſcopo ſedit annos IIII. menſes XI. dies XII.
Johannes VIII. natione romanus ex patre gundo ſedit annos X. dies II.
Marinus natione gallisana. ex patre palumbo presbitero ſedit annum I. menſes IIII.
Adrianus III. natione romanus ex patre benedicto ſedit annum I. menſes IIII.
Stephanus V. natione romanus ex patre adriano ſedit annos VI. dies IIII.
Formoſus natione portuenſis. ex patre leone. ſedit annos IIII.
Bonifacius VII. natione romanus ex patre adriano epiſcopo ſedit dies XV.
Stephanus VI. natione romanus. ex patre iohanne presbitero epiſcopus campaniae. ſedit annum I. menſem I. dies XVIII. qui poſtea monachus factus eſt.
Romanus natione gallisana ex patre conſtantino ſedit menſes IIII. dies XX.
Theodorus II. natione romanus. ex patre focio ſedit dies XX.
Johannes VIIII. natione tiburtes ex patre rampoaldo ſedit annos II.
Bonifacius IIII. natione romanus ex patre mammolo ſedit annos IIII. menſes VI. dies XIIII.
Leo V. natione ardeas de loco pampi. ſedit menſem I. dies XXVI. Iſte presbiter forenſis.
Chriſtoforus natione romanus ex patre leone. ſedit menſes VI. Iſte eiectus factus eſt ~~modo~~ monachus.

ſtantino filio.
Conſtantinus cum filio Leone.
Pippinus rex Francorum iam Patricius Romanorum.
Leo poſt mortem

vel hora aliam matronam conveniens ſitim ſuam ſimili modo, ut expoſitum eſt, denunciat. Sicque optinet uineas matronae, quarum ipſa pollebat ubertate. Mane facto ſibi invicem referunt matronae quae viderant et propere tendunt ad coenobium, omnem ſuam propriam, quae multa erat ualde, illuc delegantes. Vere pius et clemens ſacerdos, qui in praeſenti vita licet caduca ſibi devotos nulla patietur inedia affici, eſuriem et ſitim eorum in ſe, ut praedictum eſt, quodammodo tranſferens. Erat quidam miles obſtinati animi, qui in eodem coenobio hoſpicio exceptus, dum nimis ſplendide lautis cibariis ſerviri ſibi cauſaretur, tandem in